

(X 1997898)

Ye
3695

ABDIAE W
CKNERO ROTE
BURGENSI FRANC.
GRADVM MAGISTERII SVSCI
pienti à Decano Collegij Philofophi
ci SAMVELE MACRINO,
Doctore Medico; gra
tulantur Popu
lares.



VVITEBERGAE.
Excudebat Zacharias Lehman,
M. D. LXXXVI.

Ye 3695

1914. 2468



EPIGRAMMA AD ABDIAM
VV. S.

Dimidius tecum es, cum sis decorandus honore:
Dimidiāne tuus parte secetur honos?
Vnaq; praesenti detur, pars altera parti
Dimidia absenti sit retinenda tua?
Non ita; sed costa caput est praestantius: ipsi
Totus honor: totum competit ergo decus.
Interea nunquam hac ingloria costa manebis,
Eximio cuius fulget honore caput.

Aliud ad eundem.

TE Domino voluere tui seruire parentes,
Nomen Obadia quando dedere tibi.
At tu pro Domino, domina servire puella,
Quiq; poli fueras incipis esse soli.
Hei dolus, heu voti mala fraus! age scribito dicam,
Eg. jugo servum Musa repose tuum.
Dixerat invidia haec; sed crimina candor amicus
Lenit & indicti sustulit arma fori.
Non sua servitio detractat colla; sed illud
Acrius & tota mente subire parat.
In partemq; opera sociamq; laboris adoptat.
Quippe uni egregium non bene fertur onus.
Adde, quod exhaurit vireis labor acris & ima
Pectora sollicitum lassat & vrget opus.
Ergo mali medicina foret requiesq; laboris,
Irrequieta modo ne sit Elisa quies.

C.



Dicendæ tibi gratulationes,
Scribendumq; aliquid tuo est honori;
Qualicumq; etiam favore & arte
Scribenti genius secundet ausum.

Scribendum tamen est tibi roganti.

Nam quis tam veteri neget sodali?

Sincerove neget quis hoc amico?

Sed dicas nove, quæso, mi Magister,

Dicas quid deceat referre versu?

Vt docto simul & simul faceto

Dicam carmine gratulationes.

Num te laudibus eveham per astra?

Vel aurum precer & Mydæ talenta?

Dignus laudibus & Mydæ talento es.

Ast hæc quid faciunt meum ad sodalem?

Quid novi precor, hæc precans amico?

Dum nemo bonus hæc bono invidet.

At omnes tamen hanc rotam volutant,

Omnis angelus hac disertus arte est,

Ex muscaq; Elephas resultat ingens.

Illi tradidit astra vel Necepsio,

Vel Hermes numeros: notas latentes

Natura aperuit, modosq; fandi

Rhetor Tullius, & dedit parens fors

Hoc illi, hoc alij, uel omnia vni,

Vt nepotibus hinc nihil supersit.

Quò nos raptat homunculos cupido,
Cupido malè sana, stulta, cæca?
Aut laudator iners hiabit offis,
Et te gloria risui propinat:
Aut ut mulla scabit, scabas ut ipsam.
Heu præsentia signa vanitatis!

Quid Abdia, igitur feram? decenter
Ut feram, effugiens loquacitatem.

Non nobis animus rigens, nec vrsæ
Insunt pectora, ferreusq; vultus:
Nulli debita qui darem labori,
Laudariq; bonos viros negarem.

Quamvis indice non eget loquaci,
Sed contenta suo est nitore virtus.
Rursum laude eadem est alenda virtus:
Caretq; invidia æstimator æquus.

Ergò quod creat artium Magistrum
Te selecta Deo manus virorum,
Et novos titulos: novos honores
Concernit capiti, velut meretur;
Quædam præmia sunt tui laboris.
Quæ pleno quoq; gratulamur ore,
Precamurq; simul benè hanc ut ipsa
Vertant numina sacra dignitatem.

His porrò titulis cave quiescas:
Maius, splendidius decus parandum est.
Segneis fama fugit, nec est virenti
Dignus laureola timens periculum.

Forti

Forti in milite vita Christiana

Typo pingitur elegante nobis.

Non illum otia, non gravat voluptas.

Sed lubens tolerat famem sitimq;

Soleis, frigora; tum niveis & imbreis.

Mox hoc, mox alio loco migrandum.

Nec certa statione fas morari.

Quin per vulnera civicam coronam

Quærat strenuus inter arma miles.

Quod si Cæsaris hoc agit minister,

Se suo ut Domino probet, vel inde

Honores paret, aut opes lucretur?

Qua tu fronte animo vè pernegabis

Aut hos, aut simileis pati labores?

Qui non Cæsaris, at Dei potentis

Miles arma geris manu atq; mente.

Verùm is qualia ferre pernegaret?

Qui iam iam cupias vocationis

Iustæ munia; iam lubet migrare

Præsenti statione, nec periculum,

Laborésve animo times subire.

Sic te gloria: sic decus sequatur:

Si Respub. Christiana per te

Incrementa trahit: vel id docendo

Vim verbi facies; vel id rigando

Scholarum alveolos liquore, præstes.

Quod Respub. Christiana sentit;

Hoc solùm memoratur: hoc perennat.

Luxus : divitiæ : ioci : voluptas :
Et regni diadema : sceptri honores ;
Quæ mortalia corda nos fatigant,
Quid sunt ? somnia, spectra somniorum,
Sed Ecclesia quos capit labores,
Flore perpetuo repullulascent.

Ergò militiæ semel receptæ
Summa ad clumina pertinax anhela.
Nos felicibus ominamur ausis
Fortunæ quoq; splendidae fauorem.

*M. Christophorus Corn-
berger Onoldinus.*



II.

Non multo sermone canam, sua quem ma-
gè virtus
Et parta ex studijs Gloria nobilitat.
Te culti ingenij dotes, & Apollinis artes
Conciliant doctis & pia vita viris.
Premia gestarum nunc dant uberrima rerum,
Uberiora tamen premia fata dabunt.

Ergò

*Ergò tibi faueat fauor omnipotentis Olympi,
Cunctaq; presentì cepta secundet ope.*

*Iohan. Sebastian Bren-
delius.*

III.

Εργολάβον χρησὸν παρὰ δεσπότη ἄξιόν ἐστι
Μηδὸν ἔχον; ἴσάτα ῥήμα θεοῦ λέγει.
Ὀτρηρὸν Μισῶν θεράπων Ἰππικὸς ἀέθλον
Ἐπὶ θέμισ λαβέμεν: μὲ πᾶρα ΦΟΪΒΟΣ ἐρεῖ,
Ὀφρα πρὸ ἀσπιδῆς ἀνδρὸς πέλη ἀξιόπιστος
Μαρτυρεῖ, δρετῆς ἑδοκίμοντε γέρας.
Ἄτρεκέως, σύγε Δᾶλε θεῶ: ἐνὶ δώμασι Μισῶν
Πισὸς ἔης θεράπων Ἰ, ἔμπεδος ἀκροατῆς,
Καὶ διδάχης πρὸς πρᾶπίδεσσι σε ἐγκατέθηκας,
Ἀνέρα ὦντε σοφὸν μὴ δαῖ ἄμοιρον ἔμεν.
Τᾶνεκὶ ἀπὸ ἀρχηγῶ Περνάσας, ἠδὲ ἀπὸ Μισῶν
Ἐνὶ φιλή Σοφία, τὴ κλέος ἄκρον ἄρης.
Χαῖρ' ἄρα τὸ ΦΟΪΒΟΥ δῶρα πολυφίλταθ' ἐτάηρε.
Χαῖρε πόνων γλυκερὸν ἔτο βραβεῖον εἰλεῖν.
Σοὶ δὲ ἐγὼ δόφημῶ, καὶ πρὸς εἵνεκεν ἡμῶν
Τῆς φιλίας, μὲ σε, μὲν φρένα χάσμα ἔχου.
Καὶ νεαριῶν ἡμῶν, ἀσπιδῆς γέρας, ἄχομαι εἶναι
Προσδεκτίντε θεῶ, ὠφέλιμόντε βροτοῖς.

*Georg. Frideri. Stein-
heuser.*



Ni

Nl sius esset bonos doctis, nec digna darentur
 Præmia, Pierium qui superare iugum:
 Quis tot, & incassum se tantis implicet ausis?
 Quis nisi mentis inops, tædiat tanta ferat?
 Trita quidem primo sub limine semita ducit
 Quarentem Clarijs nomina clara iugis;
 Si puer arguto solertis acumine mentis
 Præditus, egregium comparat arte ducem:
 Nec vetitas nequit: sed vitat strenuus omnes
 Quas vel luxuries suadet, amorue, moras.
 Ast iter aggresso primum, fit semita sensim
 Rarior, ac in tres diditur una vias.
 Anxia sollicitam mentem tunc cura fatigat,
 Qua magis ex his sit dura frequensq; tribus:
 Ardua qua medijs servat vestigia callis,
 Sentibus & dumis obruta penè iacet:
 Et licet ad Claria præcelsa cacumina sedis,
 Absq; mora recto tramite monstret iter:
 Hac tamen insistent pauci; pleriq; minacem
 Sub densa colubrum ve prelatere putant.
 Inlatus alterutrum, medio qua tramite vergit,
 Latior est, sed non tam via sine bono.

Quin

Quin retinet cunctos, ut vix è millibus uni
Aonius tandem conspiciatur apex.
Si quis enim super hac, qua laevam semita spectat,
Cogitat inceptam continuare viam:
Nec puer assuevit duros tolerare labores,
Sapè domare famis tadia; sapè sitis:
Antè refert gressus, Heliconaq; deserit antiè,
Quàm vicit mediam, sed sine fruge, viam.
Obvia nam lacero si tegmine fertur Egestas,
Huicq; comes gracili corpore, dura fames,
Tum, velut ad durum marmor pila missa resul-
Terga cità nudat degener ille fuga. (iat,
Nec sibi Pieria præclarum nomen in arte,
Sed manibus magnas quærit avarus opes.
Parte sed & ex alia felicior aura susurrat,
Uivere quo vires gaudia mille loco,
Mœror & anxietas cum curis exsulat agris.
Hæc q; fami sedem terra siti q; negat.
Sed choreæ cantusq; vigent & dulcia seros
Conciliant somnos vina, Venusq; salax.
Hunc ego, Sirenas qui cavit in aequore vasto,
Arte putem nulla posse cavere locum.
Omnia dulcisono resonant sic atria plausu,
Sic ibi lætitiæ plurima forma viget.

B

Mille

Mille petunt iter hoc: patriam sed & ere profu
Aonio casti fœnore mille petunt; (so,
Saucia quos mens & modò serior urget egestas,
Quodq; peracta fuit tam male vita, dolor.
Raros quippè bonos hodiè tam sedulus ardor,
Ut pulcrum gestent nomen ab arte, tenet:
Abstrahit hos semper Musis inimica voluptas,
Pauperies illos inuidiosa premit.
Sed tamen hos inter primo VICKNERVS ab a-
Addictus Musis conspiciendus adest, (iio,
Conspiciendus adest, & clarum nomen ab arte
Quod multa meruit sedulitate, capit:
Verùm ego quid cesso, quin hos tibi grater hono-
Abdia, sacrilansq; decusq; chori? res,
Id Pietas Patrieq; iubent communia iura
Gustatusq; simul Phocidis humor aquæ.
Non tamen est animus laudum contexere ielã,
Quàm tua mens varias una recondat opes.
Transseat hic dives triplicis facundia lingua
Septenapartum transeat arte decus.
Nam male presentē presens quis laudat amicū,
Et verè laus hæc non honor est; sed onus.
Sentiât ergò tuos Christo gens dedita fructus,
Sentiât Aonijs, te proficiente, chorus.

Fertilis

Fertilis & cauti votis sperata Coloni
Semina ceu magno fœnore reddit ager.
Sic quoq; iam dotes prædiuite mente repostas,
In Patria, Phœbi prome, Deive domo.
Desino; te castæ nunc Laurea Palladis ornent
Dum Venus his addat Myrthea ferta,
Vale.

V.

EPIGRAMMA

LÆtus, ubi tutos habet Exsul in urbe recessus
Latus Anus florens posteritate pia (pius,
Latus ubi portum super æquore Nauta tuetur,
Latus qui victor Miles ab hoste redit:
Latus agit Rex, si regno vis nulla paratur,
Latus, qui fruitur solus amore, Procus.
Latior est, merito quem Pieris ornat honore,
Exsule, Auo, Nauta, Milite, Rege, Proco:

Georg. Aigenbock. F.



Inches 1 2 3 4 5 6 7 8
Centimetres 1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19

Farbkarte #13

B.I.G.

Blue

Cyan

Green

Yellow

Red

Magenta

White

3/Color

Black

(X 1997898)

Ye
3695

ABDIAE WILCKNERO ROTEBURGENSI FRANC. GRADVM MAGISTERII SVSCIPIENTI à Decano Collegij Philosophici SAMVELE MACRINO, Doctore Medico; gratulantur Populares.



VVITEBERGAE.
Excudebat Zacharias Lehman,
M. D. LXXXVI.

1914. 2468

